Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Ant. 10.095

# Probae Falconiae Centonis

Clariſſimæ fœminæ excerptum e Maronis Carminibus ad teſtimoniũ ueteris nouiq; Inſtrumenti opuſculum a Diuo Hieronymo comprobatum.

1513




A M. N. MUZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL

### ℭGregorius ſuper Homelia erunt ſigna &c.

¶Sicut in iuuentute uiget corpus forte & incolume manet pectus, toroſa ceruix plena ſunt brachia. In annis autem ſenilibus ſtatura curuatur, ceruix exſiccata deponitur, frequentibus ſuſpiriis pectus urgetur, uirtus deficit, loquentis anhelitus uerba intercidit: nam & ſi langor deſit, plerūqꝫ ſenibus ipſa ſua ſalus egritudo eſt.

.B. .D. .F.

ℭCum quis ad ſenectutē peruenerit cor affligitur, caput concutitur, lāguet ſpiritus, fetet anhelitus, facies rugatur, ſtatura curuatur, caligant oculi: uacillāt articuli, nares effluunt crines defluunt, dētes putreſcunt, aures ſurdeſcunt, tremit, tactus, deperit actus, ſenex facile prouocat̃, difficile reuocatur, cito credit, tenax, cupidus, triſtis & querulus, uelox ad loquendum, tardus ad audiendum, ſuſpirat, anxiatur, torpet, infirmatur.

### VITA Probæ mulieris Romanæ.

PRoba mulier Romana Adelphi cuiuſdam procōſulis Romani uxor græce, & latine. liberaliūqꝫ diſciplinaꝝ pdocta fuit. Floruit imperatore Honorio, quo & diuus Hieronymus claruit. Hæc cū eēt Chriſtianiſſima opuſculū de actibus Chriſti, & Apoſtoloꝝ ex Vergilio, qui Cento a nr̃is dr̃, compoſuit. Quod quia nos imprimēdū curauimus, Itē quia innominati Autoris, uel eiuſdē Probæ, ut quidā uolūt, ex Homero de eadem re opuſculū, qđ ὁμηρόκεντρα græci appellāt, addidimus, nō ab re duximus, quid ſit Cēto, & quare ſic appellet̃, ad ſtudioſoꝝ utilitatē oñdere. Cēto & pānum ſignificat ex multis, & uariis conſutū coloribus luue. Intrauit calidū ueteri cētone lupanar, unde cētūculus diminutiuū, & opus collectū ex uariis locis, diuerſiſqꝫ ſenſibus, & unū perficiēs ſignificatū. Auſonius de centone hæc. Accipe igit̃ opuſculum de incōnexis cōtinuū. de diuerſis, unū de ſeriis, ludicrum, de alieno nr̃um, ne in ſacris, & fabulis Thvonianū mireris, aut Virbiū, illum de Dionyſio: hunc de Hippolyto reformatum, & ſi pateris, ut docem docendus ip̄e, Cento quid ſit, abſoluam. Variis de locis. ſenſibuſqꝫ diuerſis quædā carminis ſtructura ſolidatur in unū uerſum. ut coeant: aut cæſi duo, aut unus, & ſequēs cum medio. Nam duos iunctim iocari, ineptum eſt, & tres una ſerie, meræ nugæ. Apud ſudā de centone hæc legimus. κέντρων τουτέσι χαλεπὸς, καὶ φρικτός. καθὸ καὶ τοὺς ἡνιόχους κεντροτύπους καλοῦμεν. τοὺς τοῖς κέντροις τοὺς ἵππους τύπτοντας, ἢ κέντρων ὁ ἐκ πολλῶν συνερραμμένος χροιῶν, ἐπεὶ καὶ αὐτὰ τοῖς ὑποζυγίοις συρράπτοντες καλοῦσι κέντρωνας. ὡσαύτως καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους, καὶ εἰς ἓν σκοπὸν ἀπαρτίζοντας

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

οἱ ἀεί τι τὰ ὁμηρόκεντρα. οἱ δὲ τὸν λοίδορον ἀκούουσιν, οἷον κεντρότυπον. ἢ κέντρων ὁ κλέπτης, διὰ τὸ βασανιζομένοις τοῖς κλέπταις, καὶ κέντρα προσφέρεσθαι. hoc eſt Cento ſcilicet difficilis, ac horribilis, quatenus & muliones ſtimulis uerberātes appellamus, qđ ſtimulis equos uerberēt. Vel cēto, qui ex multis conſutus eſt coloribus. Quoniā qui hæc iumētis conſuunt, centones notant. Eodē mō & orationes ex diuerſis collectas in unum ſignificatum: qualia ſunt Homerocentra, hoc eſt ex Homero cētones. Aliqui conuitiatorē intelligunt: ut ſtimulo uerberās, Vel cēto, qui & fur, cum caſtigādis furibus & ſtimali adhibeantur. In Etymologico de Centone ſic legimus. κέντρωνες κυρίως λέγονται τὰ ἐκ διαφόρων χροιῶν συνεῤῥαμμένα εἰς ἓν ὡς ὁμοιῶνται πως τὰ ὁμηρόκεντρα id eſt Centones proprie dr̄, quæ ex uariis coloribus in unū cōſuūtur, quibus ſimilia ſunt quodā modo homerocentra. Cento autē a κέντρων uenit quod ἀπὸ τοῦ κεντρίζειν quod inſerere ē, deducitur r. litteræ abiectione. Inſeruntur enim & immittuntur diuerſa inter ſe. Quare miror Sypontinū in cōmentariis Martialis quos. Cornucopiæ appellauit, a centum deduci exiſtimaſſe.

¶ Probæ Falconiæ Centonis Clariſſimæ fœminæ excerptum e Maronis carminibus ad teſtimoniū ueteris, nouiq; inſtrumēti. Opuſculum. Centones. Cap. I.

Iam dudum temeraſſe duces pia fœdera pacis,
Regnandi miſeros tenuit quos dira cupido,
Diuerſaſq; neces regū crudelia bella,
Cognataſq; acies pollutas cæde parentum,
Inſignes clypeos, nulloq; ex hoſte trophæa.
Sāguine cōſperſos tulerat quos fama triūphos
Innumeris totiens uiduatas ciuibus urbes
(Confiteor) ſcripſi, ſatis eſt meminiſſe malorum.

¶ Inuocatio Dei.

¶ Nunc deus oīpotens, ſacrū (precor) accipe carmē,
Aeternumq; tui ſeptemplicis ora reſolue
Spiritus, atq; mei reſera penetralia cordis,
Arcana, ut poſſim uatis Proba cuncta referre,
Non nunc ambroſiū cura eſt mihi q̃rere nectar,
g.3. Nec libet aonio de uertice ducere muſas.
Non mihi ſaxa loqui uanus perſuadeat horror,
Laurigeroſq; ſequi tripodas, & inania uota,
e.8. Iurganteſq; deas procerum, uictoſq; penates.
Nullus enim labor eſt uerbis extendere famam. e. 4
Atq; hominum ſtudiis paruā diſquirere laudē.
¶ Caſtalio ſed fonte madens imitata beatos,
Quæ ſitiens hauſi ſanctæ libamina pacis.
g.1. Hinc canere incipiā. p̄lens deus erige mentem.
Virgilium ceciniſſe loquar pia munera Chriſti

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

e.11. Rē nulli obſcurā, repetenſq; ab origine pādam., g.3
e.3. Siqua fides animū totāq; infuſa per, artus c.6.
e.6. Mens agitat molem, & toto ſe corpore miſcet
eodē Spiritus, & quantum nō noxia corpora tardāt,
eodē Terreniq; hebetāt artus, moribundaq; mēbra.

## Deprecatio ad Deum.

e.10. ¶ O pater o hominū, rerumq; æterna poteſtas
g.1. Da facilē curſum, atq; animis illabere noſtris, e.3.
g.11. Tuq; ades, inceptūq; una decurre laborem
e.1. Nate patris ſummi, uigor & cæleſtis origo, e.6.
e.11. Quē primi colimus, meritoſq; nouam? honores, e.8.
b.4. Iam noua progenies, omnis quā credidit ætas, e.7.
g.1. Munera ueſtra cano, ſatis eſt potuiſſe uideri. b.6.
e.8. Iā pridē memini ueterum monimenta uirorum
e.6. Muſeum ante oēs totū ceciniſſe per orbem b.3.
g.4. Quæ ſint, quæ fuerint, & quæ uentura trahātur,
b.6. Omnia ut ipſe tener mundi concreuerit orbis.
g.2. Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Vnde hoium, pecudūq; genus, uitæq; uolātum. e.6.
e.6. Et quæ marmoreo fert mōſtra ſub æquore pōt?.
b.6. Et ſi quid ſimul ignis habet, uel mobilis humor,
g.2 Haud aliter prima creſcentis origine mundi g.2.
g.2. Illuxiſſe dies, alium ue habuiſſe tenorem
g.2. Crediderim, maior rerum mihi naſcitur ordo e.7
e.10. Si qua fidem tanto eſt operi latura uetuſtas.
b.1. Namq; (fatebor eni) leuiū ſpectacula rerum. g.4.
e.9. Semper equos: atq; arma uirū, pugnaſq; canebā. g.4
g.1. Et ſtudio incaſſum nolui exercere laborem. e.8.
g.4. Omnia tentanti potior ſententia uiſa eſt
e.6. Pandere res altas terra & caligine merſas.
g.3. Inq; dies aliquid iā dudum inuadere magnum e.9.

e.9. Mens agitat, mihi nec placida contenta quiete eſt
c.5. Ore fauete omnes, lætaſq; aduertite mentes. e.5.
g.4. Matres, atq; uiri, pueri, innuptæq; puellæ

## De Creatione Mundi.

PRincipio cælum, ac terras, campoſq; liquentes,
Lucentemq; globum, lunæ, ſoliſq; labores e.1.
Ipſe pater ſtatuit: uos o clariſſima mūdi, g.1.
eodē Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.
c.3. Nam neq; erant aſtrorū ignes. nec lucidus æther.
e.5, Sed nox atra polum bigis ſubuecta tenebat
e.6. Et chaos in præceps tantū tēdebat ad umbras, e.6.
c.6. Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympū.

## ¶ De diuiſione Lucis a Tenebris.

e.10. ¶ Tunc pater oīpotens, rerum cui ſūma ptās,
e.5. Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit umbras,
g.1. Et medium luci atq; umbris iam diuidit orbem.
e.3. Sydera cuncta notat, tacito labentia cælo
e.7. Intentos uoluens oculos, qua parte calores. g.2.
g.2. Auſtrinos tulerat, quæ terga obuerterit axi
g.1. Obliquus qua ſe ſignorum uerterit ordo.

## ¶ De quattuor temporibus anni.

e.3. ¶ Poſtq̄ cuncta uidet cælo conſtare ſereno.
c.10. Omnipotens, ſtellis numeros, & nomina fecit, g.1.
g.1. Temporibuſq; parem diuerſis quattuor annū
g.1. Aeſtuſq; &, pluuias: & agentes frigora uentos.
eodē Atq; hæc ut certis poſſemus diſcere ſignis
g.2. Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt,
g.1. Ac medio toſtas æſtu terit area fruges,
g.11. Et uarios ponit fœtus autumnus, & atra

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

g.2. Venit hyems, teritur ſicyonia bacca trapetis,
codē Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus
Tempore iā ex illo fœcundus imbribus æther g.2.
g.2. Magnos alit, magno commixtus tēpore fœtus.

¶ Primus dies.

e.9. ¶ Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,
e.2 Ducebatq; diem ſtellis aurora fugatis,
b.6. Tunc durare ſolum: & diſcludere nerea ponto
codē Incipit, & rerum paulatim ſumere formas.
e.5. Et uariæ pelagi facies, immania cete
e.8. Aequora uerrebant caudis, æſtumq; ſecabant,
g.4. Necnon & uaſti circumbant æquora ponti
e.9. Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis
g.4. Exultans, roremq; late diſpergit amarum.

¶ Dies ſecundus.

e.3. ¶ Poſtera iamq; dies primo ſurgebat eoo.
b.9. Fudit humus flores, & frondes explicat omnes,
g.2. Sanguineiſq; inculta rubent auiaria baccis,
g.2. Non raſtris hominū, non ulli obnoxia curæ.

¶ Dies tertius.

e.10. ¶ Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbrā,
g.2. Auia tunc reſonant auibus uirgulta canoris,
g.1. Et liquidas corui preſſo dant gutture uoces,
b.1. Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.

¶ Dies Quartus.

e.3. ¶ Quarto terra die uariarū monſtra ferarum, e.6.
codē. Omnigenūq; pecus nullo cuſtode per herbam. e.3.
e.6. Educit ſiluis, ſubito (mirabile uiſu) e.1.
e.12. Tunc demū mouet arma leo, tunc peſſima tigris g.3.
g.4. Squamoſuſq; draco, & fulua ceruice leæna
e.7. Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum.
g.3. Cætera paſcuntur uirides armenta per agros, g.2.

g.2. Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina deſunt.

¶ Dies quintus & ſextus.

e.3. ¶ Iamq; dies, alterq; dies proceſſit, & omne e.10.
e.10. Hoc uirtutis opus diuinæ mentis, & artis. e.3.
e.1. Proſpiciens genitor perfectis ordine rebus
e.1. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo
b.4. Terrarumq;, tractuſq; maris, cæliſq; profundū.
e.8. Alituum, pecudūq; genus, ſecumq; uolutat e.10.
e.1. Qui mare: qui terras, omni ditione tenerent
g.2. Neu ſegnes iaceant terræ, iuuat uſq; morari e.6.

De formatione primi hominis.

¶ Talia uerſanti ſubito ſententia ſedit, e.11.
g.2. Fœlicemq; trahit limum, fingitq; premendo e.6.
e.1. Pingue ſolum primis extēplo a menſibus anni
Iamq; improuiſo tantæ pietatis imago e.6.
e.3. Procedit noua forma uiri pulcherrima rerum
e.1. Os humeroſq; deo ſimilis, cui mentē, animumq;
e.6 Maior agit deus: atq; opera ad maiora remittit.

¶ De formatione Euæ.

e.5. ¶ Quæritur hinc alius: nec quiſq̄ ex agmine tāto
codē Audet adire uirū, ſociuſq; in regna uocari. e.7.
e.3. Haud mora cōtinuo, placidā p mēbra quietem e.1.
e.3. Dat iuueni, & dulci declinat lumina ſomno e.4.
e.10. Atque illi medio in ſpatio iam noctis opacæ e.8.
codē Omnipotēs genitor coſtas & uiſcera nudat e.1.
e.11. Harum unā iuueni laterum compagibus arctis codē
e.6. Eripuit: ſubitoq; oritur mirabile donum, codē
e.7. Argumētū ingens clara cum luce refulſit e.1.
e.9. Inſignis facies, & pulchro cum pectore uirgo e.3.
e.7. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis,
codē Olli ſomnū ingens rupit pauor, oſſaq; & artus
e.4. Coniugium uocat, & ſtupefactus numine pſſit, e.7

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Accepitq; manu,dextramq; amplexus inhæſit.

¶ Deum protoplaſtũ & Euam benedixiſſe.

e.6. ¶ His demum exactis torquet qui ſydera mũdi e.9.
Infit,eo dicente,premit placida æquora pontus, e.10.
eodē Et tremefacta ſolo tellus,ſilet arduus æther,
e.8. Viuite fœlices interq; uirentia culta g.1.
e.6. Fortunatorum nemorum ſedeſque beatas.
1.7. Hæc domus,hæc patria ē,requies ea certa laborū e.3.
e.1. His ego nec metas rerũ,nec tempora pono.
eodē Imperiũ ſine fine dedi,multoſque per annos g.4.
b.4. Non raſtros patietur humus,nec uinea falcem.
g.4. At genus immortale manet,nec tarda ſenectus e.9.
e.9. Debilitat uires animi,mutatque uigorem.

¶ Quid prohibitum primis parentibus.

e.7. Vos contra quæ dicam animis aduertite ueſtris
e.6. In medio ramos:annoſaque brachia tendens
e.1. Eſt in conſpectu ramis fœlicibus arbor, g.2.
e.7. Quã neque fas igni cuiquã,nec ſternere ferro,
eodē Relligione ſacra,nunquã conceſſa moueri. e.3.
e.11. Hac quicunque ſacros decerpſerit arbore fœtus, e.6.
e.11. Morte luet merita,nec me ſententia uertit, e.1.
g.2. Nec tibi iam prudens quiſquã pſuadeat author
e.8. Cõmaculare manus,liceat te uoce moneri e.3.
e.4. Fœmina,nec te ullius uiolentia uincat,
g.1. Si te digna manet diuini gloria ruris. e.3.

¶ De delitiis paradiſi.

e.3. ¶ Poſtquã cuncta pater,cæli cui ſydera parent. e.10.
e.7. Cõpoſuit,legeſque dedit,cãpoſque nitentes. e.6.
e.6. Deſuper oſtentat,tantarum gloria rerum. e.4.
e.6. Ecce autem primi ſub lumine ſolis & ortus.
e.2. Deuenere locos,ubi mollis amaracus illos e.1.
e.1. Floribus,& dulci aſpirãs cõplectitur umbra.
g.11. Hic uer aſſiduũ,atque alienis menſibus æſtas
g.4. Hic liquidi fontes,hic cæli tempore certo g.4.
eodē Dulcia mella p̃mũt,hic cãdida populus antro b.9.
b.9. Imminet,& lentæ texunt umbracula uites.
g.4. Inuitant croceis ad halantes floribus horti.
e.6. Inter odoratum lauri nemus,ipſaque tellus. g.1.
g.9. Omnia liberius nullo poſcente ferebat
e.9. Fortunati ambo ſi mens non leua fuiſſet b.1.
e.11. Coniugis infandæ docuit poſt exitus ingens.

¶ Tentatio per ſerpentem.

e.2. ¶ Iamque dies infanda aderat per florea rura e.1.
g.1. Ecce inimicus atrox imenſis orbibus anguis
e.5. Septem ingens gyros:ſeptena uolumina uerſat
e.3. Nec uiſu facilis,nec dictu affabilis ulli
e.11. Obliqua inuidia ramo frondente pependit 1.7.
e.7. Vipeream inſpirans animam,cui triſtia bella
eodē Iræque inuidiæque,& noxia crimina cordi
eodē Odit & ipſe pater,tot ſeſe,uertit in ora
e.11. Arrectiſq; horret ſquãmis,& ne,quid in auſum e.8.
e.8. Aut intentatum,ſceleriſue doliſue relinquat
e.6. Sic prior aggredit̃ dictis,ſeſeque obtulit ultro. e.8.

¶ Eua ſeducitur primo.

e.6. ¶ Dic ait,o uirgo lucis habitamus opacis
eodē Riparumque toros,& prata recentia riuis.
eodē Incolimus,quæ tanta animis ignauia uenit, e.11
b 6. Strata iacēt paſſim ſua quæq; ſub arbore poma.
g.3. Pocula ſunt liquidi fontes cæleſtia dona g.4.
e.2. Attrectare nefas,id rebus defuit unum
e.5. Quin prohibet cauſas penitus tentare latentes, e.3.
e.8. Vana ſuperſtitio:rerum pars altera adempta eſt. e.9.
e.12. Conditio,mea ſi non irrita dicta putares e.10.
eodē Author ero audendi ſacrata reſoluere iura e.2.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

c.4. Tu coniunx tibi fas eſt ani mũ tentare precando. c.4.
b.8. Dux ego ueſter ero:tua ſit mihi certa uoluntas c.7.
c.3. Extruimuſque toros dapibuſq; epulamur opimis.

¶ Eua ſeducta ſeducit uirum

c.2 ¶ Sic ait & dicto citius:quod lege tenetur c.12.
c.7. Subiciunt epulis oculi uenerabile lignum: codẽ
codẽ Inſtituũtque dapes,cõtactuque omnia fœdant c.3.
c.1. Præcipue infiſtit peſti deuota futuræ
g.2. Miratur que nouas frondes,nec nõ ſua poma.
c.11. Cauſa mali tanti ſummotenus attigit ore c.1.
c.7. Maius ad orta nefas maioremq; orſa furorem.
Continuo noua lux oculis effulxit,At illi, c.11.

¶ Eua ſeduxit uirum ad eſum pomi.

c.2. Heu miſero coniunx aliena ex arbore getmen
c.6. Obiicit,atque animum ſubita dulcedine mouit. c.11.

¶ Vident ſe nudos & faciunt ſibi perizomata

c.8. Terrentur uiſu ſubito:nec plura morari c.5.
c.7. Corpora ſub ramis obtẽtu frondis inumbrant c.11.
c.3. Conſertum tegmen,nec ſpes opis ulla dabatur. c.2.
c.11. At non hæc nullis hominum ſator,atque deorũ
c.11. Obſeruans oculis cædes & facta tyranni c.8.
c.4. Præſenſit:notumque ſurens,qd fœmina poſſit.
codẽ Continuo inuadit:procul,o procul eſte profani c.6.
c.6. Conclamat cælum,ac terras,qui numine torquet c.4

¶ Adam abſcondiſſe ſe.

c.10. ¶ Atque illi longe gradientem,& dira frementẽ
codẽ Vt uidere metu uerſi:retroque ruentes
c.5. Diffugiunt,ſiluaſque & ſicubi concaua furtim
c.5. Saxa petunt,piget incœpti,lucemque nec auras c.6.
codẽ Reſpiciunt,tedet cæli conuexa tueri. c.4.

¶ Increpat illos dominus.

c.4. ¶ Nec lõgum in medio tẽpus,cũ creber ad aures c.11
c.11. Viſus adeſſe pedũ ſonitus,genitorque per um bras 12
c.10. Talibus affatur dictis,atque increpat ultro. c.10
c.5. Infœlix quæ tanta animum dementia cepit.
codẽ. Quis furor ille nouus,quo nunc,quo tẽditis inqt
c.4. Regnorũ immemores,quæ mẽtẽ inſania mutat c.12.
c.6. Dicite:quæ lucis miſeris tam dira cupido? c.6.
c.1. Maturate fugam,totoque abſiſtite luco c.6.
c.3. Nec reuocare gradũ,ſi qñ aduerſa uocarint. c.9.
c.10. Eſt licitum,flãmis ambit torrentibus amnis c.6.
c.6. Per mediũ ſtridens,torquetque ſonantia ſaxa, codẽ
c.3. Atollitque globos flãmarum,& ſydera lambit.

¶ Adam ſe excuſat.

c.5. ¶ Ille ſub hæc,tua me genitor,tua triſtis imago c.6.
c.8. His p̃ fuere locis,merui,nec deprecor inquit c.12
c.10. Omnipotens,ſonitũque pedũ:uocemq; tremiſco c.3
c.11. Conſcius audacis facti,monitique ſiniſtri c.10.
g.11. Fœmina fert triſtes ſuccos,tardumque ſaporem
c.4. Illa dolos,dirũque nefas ſub pectore uerſans
c.2. Inſontem infando indicio,moritura puella g.4
c.10. Dum furit incautum crudeli morte peremit.
c.10. Suaſit eni ſcis ipſe:nec eſt te fallere cuiquam, g.4.
b.8. Vt uidi,ut perii,ut me malus abſtulit error,
c.11. Cõtigimuſque manu qđ nõ ſua ſeminat arbos.

¶ Maledictum ſerpenti.

g.11. ¶ Tunc pater omnipotens ſolio ſic infit ab alto, 10
c.10. Accipite ergo,animis atque hæc mea figite dicta,
c.6. Tuque prior ſcelere ante alios immanior omnes, c1.
c.5. Quem nec longa dies,pietas nec mitigat ulla.
c.6. Hortator ſcelerũ coluber mala gramina paſces c.11
g.4. Deſidia,latamque trahẽs inglorius aluum
c.7. Cede locis,nullis hominũ cogentibus, ipſe g.11.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

g.11. Tenuis ut argilla, & dumoſis calculus aruis.

¶ Maledictum Adam.

c.11. ¶ At tibi pro ſcelere exclamat pro talibus auſis,
c.9. Omne æuum ferro teritur primuſq; per artem, g.11.
c.6. Heu miſerande puer, terram inſectabere raſtris, g.1.
Et belli rabies, & amor ſuccreſcet habendi
g.1. Et ſonitu terrebis aues, horrebit in aruis
codẽ Carduus & ſpinis ſurget paliurus acutis,
codẽ Lappæque tribulique, & fallax herba ueneni.
codẽ At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra
codẽ Exercebis humum, fruſtra expectabis aceruum, g.1.
Concuſſaque famẽ in ſiluis ſolabere quercu.
c.6. Inſuper his ſubeunt morbi: triſtiſque ſenectus.
g.3. Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

¶ Maledictam Euam.

b.3. ¶ Hæc tibi ſemper erũt, tuque o ſæuiſſima cõiũx c.11.
c.1. Non ignara mali caput & noua cauſa malorũ,
g.4. Magna lues cõmiſſa tibi, heu perdita neſcis, c.4.
c.4. Nec quæ circumſtent te deinde pericula cernis.
codẽ Nunc morere ut merita es, qđ tota mente petiſti g.4
c.9. Nec mea iam mutata loco ſententia cedit.

¶ Expulſos Adam & Euam de paradiſo.

c.11. ¶ At iuuenem primum ſæuus circũſtetit horror.
c.7. Diriguere oculi, nec ſe cælare tenebris c.9.
c.12. Amplius: aut notas audire, & reddere uoces. c.6.
c.7. Haud mora feſtinant, iuſſi, rapidiſque feruntur
Paſſibus & pariter greſſi per opaca uiarum c.6.
c.5. Corripiunt ſpatiũ mediũ, lumenq; relinquunt. c.5
c.7. Flentes, & paribus curis ueſtigia figunt.
c.3. Tum uictũ in ſiluis baccas, lapidoſaque corna
codẽ Dant rami, & uulſis paſcunt radicibus herbæ.

¶ Euam peperiſſe duos filios.

c.3. ¶ Interea magnum ſol circumuoluitur annum
b.4. Matri longa decẽ tulerunt faſtidia menſes.
g.1. Vnde homines nati, durũ genus, inde per artem c.12
g.3. Haud herbæ cãpo apparent, aut arbore frõdes
g.11. Inque nouos ſoles audent ſe gramina tuto
g.2, Credere, & in lentis uuam demittere ramis g.4.
g.4. Inſtituunt, udoque docẽt inoleſcere libro. g.11.

¶ Abel a fratre occiditur.

c.7. ¶ Tunc gemini fratres adolent dũ altaria tædis c.7.
c.3. Alter & alterius prælato inuidit honori, c.5.
codẽ Horreſco referens conſanguinitate propinquũ c.2.
c.3. Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras
c.11. Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes.

¶ Poſt occiſum Abel Deus iraſcitur humano generi

c.3. Tunc genitor uirus ſerpentibus addidit atris, g.1
g.1. Mellaque decuſſit foliis, ignemque remouit.
Prædariq; lupos iuſſit: pontumque moueri.
codẽ Et paſſim riuis currentia uina repreſſit,
g.1. Mox & iumẽtis labor additus, ut mala culmos
g.1. Eſſet rubigo, & uictum ſeges ægra negaret.

¶ Incipiunt animalia capi & uolatilia.

g.1. ¶ Tunc laqueis captare feras, & fallere uiſco,
codẽ. Inuentum, & duris urgens in rebus egeſtas
codẽ Mouit agros curis acuens mortalia corda.
c.8. Deterior donec paulatim decolor ætas
g.2. Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
c.8. Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi
g.2. Iuſtitia excedens terris ueſtigia fecit.
c.9. Nec lõgũ in medio tẽpus, furor, iraq; mentem c.2
c.2 Præcipitant, gaudent perfuſi ſanguine fratrum

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

g.2. Condidit opes alius defoſſoque incubat auro
g.2. Nec doluit miſerans inopem, dextrãque tetẽdit.

¶ De Diluuio.

c.10. ¶ Tunc pr̃ oĩpotens, grauiter cõmotus ab alto
c.9. Aethere ſe mittit, tellurem & fundit in undas c.12.
c.12. Diluuio miſcens, cælũmque in tartara ſoluit
c.2. Sternit agros, ſternit ſata læta. boũque labores
h.1. Diluit, implentur foſſæ, & caua flumina creſcunt.
g.3. Et genus omne neci pecudũ dedit atque ferarũ
¶ Noe ſeruatur.
c.1. ¶ Tum pietate grauẽ, ac meritis: mirabile dictu, c.4
c.2. Qui fuit inuentor ueri. & ſeruantiſſimus æqui
c.6. Eripuit leto, tantis ſurgentibus undis, c.6.
g.6. Vt genus unde nouæ ſtirpis reuocetur haberet.

¶ Poſt diluuium Deus dat legem hominibus.

c.7. ¶ Diluuio ex illo, patribus dat iura uocatis
c.11. Omnipotens, magniſque agitat ſub legib⁹ æuũ g.4.
c.8. Quid memorẽ iſandas cædes quid facta tyrãni
g.4 Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda
c.8. Aegyptum, uireſque orientis, & ultima bella,
g.4 Magnanimoſq; duces totaſq; ex ordine gentis,
Quo curſu deſerta petiuerit, & tribus & gens. c.4
g.2 Magna uirum tanti meriti non immemor unquã,
c.6. Quique ſacerdotes adſint altaria iuxta c.4
eodẽ Quique pii uates pro libertate ruebant. c.6
c.7 Qui bello exciti reges, quæ littore rubro c.8
eodẽ Complerint cãpos acies, quibus arſerit armis
c.7 Rex genus egregiũ magno inflãmãte furore c.4
eodẽ Agmen agens equitũ, & florẽtes ære cateruas

c.8. ¶ Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet c.8.
c.5. Vnus erit tantũ, in meque exitiumq; meorum c.8.
c.7, Dum mediũ paci ſe offert de corpore noſtro. c.1.
c.5. Nanque dies (ni fallor) adeſt, ſecludite curas c.1.
c.4. Mecum erit iſte labor, nec me ſententia fallit c.10.
c.5. Vnum pro multis dabitur caput, hæc ita fatus c.6.
c.4. Conticuit, ſeramq; dedit per membra quietem c.8.
¶ Fugiunt apoſtoli.
c.4. ¶ Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca
c.8. Multaque dura ſuo triſti cum corde uolutant
eodẽ Quid faciant. hærent infixi pectore uultus, c.4.
c.4. Verbaq; nec placidã mẽbris dat cura quietem
¶ Conqueſtio Petri ad condiſcipulos.
c.5. ¶ Tunc ſenior tales referebat pectore uoces.
c.6. Multa putãs ubi nunc nobis deus ille magiſter c.5
c.3. Quẽ ſeqmur? quo ue ire iubes? ubi ponere ſedem
c.10. O dolor, atq; decus tantarum gloria rerum c.4
c.2. Iam iã nulla mora eſt & nos rape in omnia tecũ c.2
c.1. Oramus, teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. c.
¶ Sacerdotes cum populo cõtra Chriſtum.
c.4. ¶ Occeanum interea ſurgens aurora reliquit,
c.8. Iamque ſacerdotes, late loca queſtibus implent g.4
Cũ populo, & patribus ſerpitq; p agmina murmur
c.1. Quod genus hoc hoĩum? q̃ ue hũc tã barbara morẽ
c.1. Permittit patria? pœnas cũ ſanguine poſcunt c.2
c.7. Vndiq; collecti, & magno clamore ſequuntur c.10
c.2. Inſontem ſæuitque animis ignobile uulgus c.1
¶ Chriſtus hora ſexta illuditur & du
ctus eſt ut crucifigatur.
c.8. ¶ Sol medium cæli conſcenderat igneus orbem
c.9. Tunc ſubito acciti omnes populuſq;, patreſque
eodẽ Expoſcunt, farique iubent, quo ſanguine cretus c.3.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

c.12. Quid ue petat, quid ue ipſe ferat prædãq; tuẽtes c.3.
Facta uiri nimius dolor, & ſtupor urget inertes
c.10. Neſcia mens hominum certant illudere capto. c.2.
c.7. Tunc uero captis concurrunt undiq; telis.
c.11. Tollitur in cælum clamor, cunctiq; repente
c.2. Corripuere ſacram effigiem, manibuſq; cruẽtis
c.11. Ingentẽ quercum dicíſis undique ramis
c.6. Conſtituunt, ſpiniſq; ligant ingentibus illum, c.2
c.6. Tendebãtq; manũ pedibus per mutua nexis c.7.
c.6. Triſte miniſterium, ſequitur quos cætera pubes c.7.
c.6. Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.
¶ Chriſtus alloquitur iudeos
c.10. Ille aũt impauidus, quo uincula nectitis inquit?
c.7. Tanta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri?
c.1. Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis,
c.2. Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat.
¶ Fit terræmotus & ſol obſcuratur.
c.4. ¶ Interea magno miſceri murmure cælum
c.4. Incipit, & rebus nox abſtulit atra colorem c.6.
g.1. Impiaq; æternam timuerunt ſæcula noctem.
g.1. Terra tremit, fugere feræ: & mortalia corda,
codẽ Per gentes humiles ſtrauit pauor: inde repente c.8.
c.11. Dat gemitum tellus, & cælũ tonat omne tumultu
Chriſtus deſcẽdit ad lymbũ & extrahit animas.
c.11. ¶ Ex tẽplo comites erebi de ſedibus imis g.4.
g.4. Vmbræ ibãt tenues, tellus quoq; & æquora põti g.1.
Signa dabant, ſiſtunt amnes, terræq; dehiſcunt
g.4. Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima leti g.4
codẽ Tartara & umbroſæ penitus patuere cauernæ c.8.
g.1. Sol quoq; & exoriens, cuncti ſe ſcire fatentur c.11.
codẽ Tunc caput obſcura nitidum ferrugiue tinxit.
¶ Chriſtus tertia die reſurrexit.

c.11. ¶ Hoſque inter motus media inter talia uerba c.12.
c.11. Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbram,
g.4. Iamq; pedem referẽs ſuperas ueniebat ad auras
c.2. Cum ſubito ante oculos ingenti mole ſepulchrũ c.6.
c.11. Corpus ubi exanimi poſitũ, nec clauſtra nec ipſi c.2.
c.2. Cuſtodes ſufferre ualent, auulſaque ſaxis c.2.
c.2. Saxa uident, laxi laterum cõpagibus arctis c.1.
c.9. Fit ſonus, ingenti cõcuſſa eſt pondere tellus
c.2. Horror ubiq; animũ ſimul ipſa ſilẽtia terrent,
¶ Foribus clauſis apparuit Chriſtus apoſtolis.
c.8. ¶ Ecce autem primi uolucrum cum culmine cãtus
c.7. Ingreditur linquens antrũ, ſpoliiſq; ſuperbus. c.8.
c.6. Ibat ouans, pulſuque pedũ præmit excita tellus.
c.2. Vulneraque illa gerẽs foribus ſeſe ingerit arctis, c.10
c.2. Atq; hic ingentẽ comitum affluxiſſe nouorum
c.2. Inuenit admirans numerũ, cunctiſq; repente c.1.
c.1. Improuiſus ait coram quẽ quæritis adſum.
c.6. Vicit iter durum pietas & uiuida uirtus c.5.
c.4. Præcipites uigilate uiri, timor omnis abeſto. c.11
¶ Inſtituit Apoſtolos.
c.11. ¶ Hi noſtri reditus expectatique triumphi
c.11. Hæc mea magna fides, o terq; quaterq; beati c.1.
c.9. Quæ uobis quæ digna uiri pro laudibus iſtis. c.10.
c.9. Præmia poſſe reor ſolui? quæ dona parari. c.4.
c.10. Accipite ergo animis, quæ uos a ſtirpe parentũ c.3.
c.3. Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
c.3. Accipiet, reuocate aĩos, mœſtũque timorem c.1.
c.1. Mittite, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
¶ Chriſtus commendat pacem oſten
dens uulnera dubitantiibus deeo.
c.11. ¶ Quod supereſt læti bene geſtis ordine rebus
c.10. Pacem optate manu, pacẽ laudate ſedentes. c.11.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

c.12 Magnanimi.pacis ſolum intiuolabile pignus.
c.5. Et ſimul his dictis faciem oſtendebat,& ora,
c.6. Ora manuſq; ambas,populataq; pectora ferro c.1
¶ Gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino.
c.5. ¶ Immiſcentq; manus manibus,gaudentq; uidẽtes,
c.6. Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt,iuuat uſq; morari,
c.6. Et conferre gradum:& dextræ cõiũgere dextrã. c.8.
¶ Aſcendit ad cælos,uidentibus diſcipulis.
c.6. ¶ His demũ exactis,ſpirantes dimouet umbras c,6.
c.9. Aera per tenerum,cæloq; inuectus aperto c.1.
c.4. Mortales uiſus medio in ſermone reliquit.
c.1. Infert ſe ſeptus nebula,mirabile dictu.
c.3. At illum ſolio ſtellantis gloria cæli
c.3. Accipit,æternumq; tenet per ſecula nomen. c.6.
c.8. Ex illo celebratus honos,lætiq; minores
c.7. Seruauere diem,tot iam labentibus annis.
c.6. Idecus,i noſtrum,tantarum gloria rerum,
c.1. Semper honos,nomenq; tuũ,laudeſq; manebũt.
c.5. Et nos,& tua dexter adi pede ſacra ſecundo
c.8. Annua,que differre nefas,celebrate fauentes:
c.3. Hunc ſocii morem ſacrorũ,hunc ipſe teneto
c.2. O dulcis coniunx,& ſi pietate merentur,
c.3. Hac caſti maneant in religione nepotes, c.3.

¶ Finis Probæ Centonæ nuperrime diligenter
emendatæ,& Venetiis impreſſæ in of-
ficina Ioannis Tachuini de Tri
dino.3.Iuni,M.D.XIII.

KÖNYV TÁRA

A B C D Duerni ſunt,